VERS. 14. — PORRO JORAM OBSEDERAT RAMOTH GALAD. Hæc ad verum 17 explicata sunt cap. 8, à versu 18; id autem quod statim dicitur v. 16: *Nemo egrediatur profugus de civitate, ne vadat, et munitur in Jezabel*, satis docet aperta castra in ipsâ civitate fuisse locata, et oppugnari tunc non urbem ipsam, sed civitatis aliquod nobile præsidium.

VERS. 17. — SPECULATOR, QUI STABAT SUPER TURRIM JEZRAHEL, VIDIT GLOBUM JEHU VENIENTIS. Cùm in nobilioribus aliis civitatibus excubarent vigiles super muros, et in sublimi loco speculatores omnia latè despicerent, id tamen præcipuè factum oportuit, cùm non longe abesset hostis, aut alicunde se periculum ostenderet; ut nunc in Jezabele, quia ibi rex jacebat saucius, et armatus hostis proximè constiterat. Ex turri igitur speculatori spectavit, qui in eâ attentas agebat excubias, agmen hominum, qui ex Ramoth Galaad Jezabelem versùs incitato cursu properabant; quod nimirum agebat Jehu, ut datum sibi à propheta perageret negotium. Est autem globus confusa atque collecta hominum multitudo, qualis esse militum solet, quando cursu velociori progreditur, vulgò militum dicitur, *tropa*. Sane eo nomine Virgilius explicat militum progressionem, cùm viam carpit confusis ordinibus. Sic lib. 9 *Aeneid* :

Quis globus, ô cives, caligine voluit atrâ?

Hostis adest.

TOLLE CURRUM, ET MITTE IN OCCURSUM EORUM, ET DICAT VADENS: RECTENE SUNT OMNIA? Percussit nuntius ille, turbavit regem; suspicari etenim potuit ex eo inopinato globo, ne qua

ita tumultuarium solum construxerunt, illique impositum regem salutârunt. Fortè ibi gradus nihil erant aliud quam tribunal in aula positum, ubi tunc militares isti præfecti considerant. Aliæ, juxta Chaldeum et Rabbino nonnullis: *Posuerunt quisque vestimentum suum subter eum ad gradus horarum*, id est, in foro, ad columnam horas indicantem. Sed hæc interpretatio multa de suo commodat textui. Fortè mox hujus, sternendi scilicet vestis huius ob exitum viri alicujus meritum commendandum, exempla quædam in Scripturâ super sunt. Eo honoris genere exegerunt turbae Jesum Christum, paucis ante passionem suam diebus Hierosolymam ingredientem. Id etiam usurpârunt interdum pagani, cùm solenni pompâ idola deferrent. Reges Persarum non nisi super stratos tapetes incedebant, quandiu erant in aula, ubi excubias agebant milites, qui immortales appellabantur.

CECINERUNT TUBÆ. Solemne erat præcis, ut novi regis ad regnum assumptio tubarum clangore nuntiaretur.

(Galmet.)

gentium orta esset in castris, aut hostis, à quo nuper vulneratus fuerat, audacior ingrueret. Quare jubet ut aliquis occurrat obviam, et certum aliquid referat de rerum statu, edicite ut eo modo advenientes salutet, quo excipi solent amici, qui hoc se modo plerumque salutat: *Rectene sunt omnia?* Quod explicuit nuntius ipse statim, dùm militum globum obvius excepit. Cùm enim, ut est verisimile, domini sui mandatum explevisset, dixit, mutatis verbis, eadem tamen sententiâ: *Patata aut omnia?* quod idem valet atque: *Vobisne omnia pacata sunt et prospera?* seu magis, quod Josue dixit angelo, de cuius studio dubitabat, cap. 5, vers. 13: *Noster es, an adversariorum?* Fecit idem, credo, quod apud Virgil. Pallas lib. 8, qui occurrens Aeneæ, de cuius animo nihil dùm noverat, ait:

Quo tenditis? inquit,

Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis an arma?

DIXITQUE JEHU: QUID TIBI ET PACI? VENI ET SEQUERE ME. Miris benevolo atque hilaris vultu excepit regium illud mandatum Jehu; atque idè respondit non illud esse regis ingenium, aut institutum, ut illi ac aliis, qui ejus adhæsere partibus, quicquam possit esse pacificum. Quare monet sibi ut adhereret, neque se illis implicet infortunis, quæ jamjam impendent ab offenso Deo capiti regio. Noluit autem Jehu à se abire nuntium, ne rex de re totâ certior aut fugam caperet, aut aliquo alio modo suæ salutis consulere. Cùm autem rex ab speculatore didicisset priorem nuntium se illi conglobatâ multitudinî socium adjuxisse, secundum misit nuntium, cui idem omnino accidit, quod priori.

VERS. 20. — EST AUTEM INGRESSUS QUASI INCESUS JEHU FILII NAMSI, PRÆCEPTUM ENIM GRADITUR. Strenuum oportet fuisse, et acrem in re bellicâ Jehu, quique ipse arderet in pugnando, neque suos torpere sineret in re quæ malè ab ignavis administrari potest, quando eo signo ab speculatore cognoscitur, quod præceptis ingreditur, quasi eo proprio ac familiari signo distingueretur ab aliis.

VERS. 21. — ET EGRESSUS EST JORAM REX, ET OCHOZIAS REX JUDA (1). Non placuit Joram illud

(1) Joram, roi d'Israël, et Ochozias, roi de Juda, allèrent au-devant de Jehu, et le trouvèrent dans le champ de Naboth, le serviteur de Jehu. Jehu lui dit: Apportez-vous la paix? Jehu lui répondit: Quelle peut être cette paix? pendant que les fornications de Jezabel, votre mère, et ses enchantemens, régneront encore en tant de ma-

silentium, et incitatus cursus, et reditus nuntiorum impeditus. Quare, licet æger et saucius, statuit sibi futurum ex usu, si currum ipse ascenderet, et suâ auctoritate, si qua exorire-

nères? Ce ne fut point par un effet de hasard, mais par un ordre de la Providence, que le roi Joram, fils d'Achab, le meurtrier et l'usurpateur de la vigne de Naboth, vint au-devant de Jehu dans le champ même de Naboth, afin que la prédiction d'Elie, qui avait dit que les chiens lécheront le sang d'Achab au même lieu où le sang de Naboth avait été léché par les chiens, eût son accomplissement. Car la parole de Dieu, et, par conséquent, celle des prophètes, qui parlent par l'Esprit de Dieu, doit nécessairement être accomplie; comme on voit que les saints Évangélistes ont un soin tout particulier de nous faire remarquer dans les moindres circonstances de la passion de Jésus-Christ l'accomplissement exact des prédictions des prophètes. Ce fut donc dans le champ même de Naboth, usurpé par la violence meurtrière de Jezabel et d'Achab, que Joram, leur fils, rencontra Jehu, que Dieu envoyait pour venger sur sa personne et sur celle de sa mère impie le sang de cet innocent injustement répandu. Le temps que Dieu avait donné et au fils et à la mère pour faire la réparation d'un si grand crime, était passé; et après qu'ils eurent abusé de l'indulgence et de la paix du Seigneur, sans se mettre en peine de rétablir son honneur par le rétablissement de son saint culte dans Israël, ils ne pouvaient plus attendre de paix, puisque, comme dit saint Paul, la gloire et la paix seront le partage de tout homme qui fait le bien, au lieu que l'affliction et le désespoir accablent tout homme qui fait le mal. C'est donc là le sens de cette réponse que Jehu fit à Joram, ou pour mieux dire, que Dieu même fit à ce roi d'Israël par la bouche de Jehu, qui ne fut en cette rencontre que l'organe du Seigneur, comme il était établi pour être le ministre de sa colère contre Jezabel, et contre toute la maison d'Achab: *Quelle peut être, dit-il, cette paix dont vous parlez, pendant que les fornications de Jezabel, votre mère, et ses enchantemens, régneront encore en tant de manières?* C'est-à-dire, comment pouvez-vous espérer la paix de la part de Dieu, lorsque vous avez négligé d'expier les crimes et les abominations de Jezabel, votre mère? L'Écriture entend ici principalement par le mot de fornication, le crime par lequel une âme, qui est l'épouse de Dieu, s'éloigne de son véritable époux, pour s'abandonner aux idoles et à des dieux étrangers. C'est cette fornication spirituelle que Dieu reprochait souvent à son peuple, et quoique ce fût Jérôme qui eût établi l'idolâtrie dans Israël, on peut dire que Jezabel l'avait affirmé plus que tous les autres princes, par l'impie et sa conduite toute pleine de cruauté, puisqu'elle persécutait et faisait mourir tous les serviteurs de Dieu et tous les prophètes qu'elle pouvait découvrir, voulant étouffer, si elle avait pu, tous les restes de la véritable religion dans Israël. Quoique-uns prétendent que ce que l'Écriture appelle les fornications de Jezabel, doit être aussi entendu de la fornication

tur seditionis occasio, maturè præcideret. Adhibuit autem socium Ochoziam, qui officii gratiâ illis diebus adesse voluit agrotanti, cuius etiâ auctoritas, utpote regia, aliquid videbatur apud seditiosos et rebelles habitura ponderis. Invenitur autem duo illi reges Jehu in agro Naboth, quem iniquo iudicio et innocenti sanguine comparatum possidebat adhuc Jezabel, et filius ejus Joram.

VERS. 22. — PAX EST, JEHU? Ubi illius globi principem vidit esse Jehu, neque species et ardor illius tantæ multitudinis aliquid pacificum aut sedatum promitteret, dixit Joram, idem propè quod duo legati, quos ante præmiserat: *Pax est, Jehu?* Quæ verba ad duos sensus patent: alter plenus est benevolentie, qui optat amico pacem, id est, fortunam bonam, et quicquid hominibus solet esse in votis; id enim juxta Hebræorum idioma valet *pax*. Alter est, an pacificus veniat, id est, an animum afferat hostilem, an amicum; regine commodis serviat adventus ille inopinatus, an ad illius interitum et ruinam aspiret. Posteriori hunc spectasse regem, docet Jehu responsum, qui ait nullam pacem illi deberi, cuius mater illa admisit scelera quæ in ejus et filiorum caput supplicium clamant capitale, id enim valet illud

ADHUC FORNICATIONES JEZABEL, MATRIS TUE,

de la chair et des désordres de cette princesse. Et ce sentiment n'est nullement incompatible avec ce que l'on a dit, puisque saint Paul nous apprend que ceux qui, ayant changé la vérité de Dieu en mensonge, rendaient à la créature l'adoration et le culte souverain, au lieu de le rendre au Créateur, avaient mérité que Dieu les livrât à des passions honteuses; qu'ils avaient été remplis de toute sorte d'injustice et de fornication; qu'ils étaient meurtriers, trompeurs, outrageurs, superbes et vains. Ainsi l'on peut voir dans ces paroles du saint Apôtre le vrai portrait de cette princesse impie, cruelle et superbe, qui peut bien, comme le disent quelques auteurs, s'abandonner aux vices de la chair et à tous les enchantements diaboliques, s'étant éloignée de Dieu d'une manière si effroyable. Ce que l'on peut remarquer de plus étonnant, dit un interprète, c'est que Dieu ne reproche point proprement ici à Joram ses propres crimes, mais ceux de sa mère, lorsqu'il est tout près de répandre sa fureur sur lui, et la raison qu'il en rend c'est qu'elle était regardée comme la cause de tout le mal qui régnait alors dans Israël, et que le prince, son fils, qui aurait dû, étant roi, s'opposer à ses désordres, et rétablir le culte sacré de la véritable religion parmi le peuple de Dieu, non seulement ne le fit pas, mais l'imita même dans sa conduite si criminelle, et se rendit de la sorte coupable de tous les crimes de sa mère.

(Sacy.)

ET VENEFICIA EJUS MULTA VICENT. Tam fornicationes quàm veneficia hoc loco significationem habent figuratam, non propriam. Notum est idololatriæ scelus fornicationis nomine significari, ut millicies in Scripturâ sacrâ legitimus. Quare cum millicies Jezabel supplicarit idolis, et adhuc supplicet, mille illius vocari fornicationes possunt. *Veneficia*, eum alia multa significant, in aliis ea quoque significant, quæ amorem conciliant damnatum et turpem, qualia sunt, quæ philtis dicuntur, lenocinia, Veneris cæstus, aut pocula, aut alia quæ invenerint pharmaceutria, aut sagæ. Cum autem Jezabel non solum fornicata fuerit, sed etiam quasi læna, aut concubitus illegitimi conciliatrix, quæ philtis interdum utitur et veneficiis, fornicationes habere dicitur, quia idola colit et veneficia, quia alios ad fornicandum, id est, ad supplicandum idolis allicit, et quodammodo dementatos inducit. Hæc quæ de Jezabele nunc dixit Jehu, dixit postea Nabum de Ninive cap. 3, v. 4, ubi graves intorquerunt minæ: *Propter multitudinem fornicationum meretricia speciosa et gratæ, et habentis maleficia; quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, et familias in suis maleficiis.* Hæc autem furtivæ irritamenta libidinis expressit in suâ Pharmaceutriâ Virgilius, quam sumpsit ex Theocrito. Hæc autem delusa est Dido, et inducta ad quamdam amoris insaniam in Æneam, lib. 4. Æneidos, et eodem artificio, lib. 4, simulat velle se in sui amorem Æneam pellicere, quem videbat alienum. Libuit hoc Didonis exemplum adducere, quia sub hoc tempus vixit, in quo nunc nostra laborat commentatio, ut multi putant, licet alii tunc à Didone edificatam Carthaginem putent, quo Troja diruta. Si ergo hoc tempore vixisse dicamus Didonem, eum constat esse Sidoniam, et è regio genere, nisi nos historia illius temporis fabulosa decipiat, non est improbabile, si minus sororem, cognatam tamen fuisse Jezabelis.

VERS. 25. — CONVERTIT AUTEM JORAM MANUM SUAM, ET FUGIENS AIT AD OCHOZIAM: INSIDIE, OCHOZIA. Cum se in medios hostes incidisse cognosceret Joram, convertit manum suam, et equorum habenas retorsit ad fugam, et idem ut faceret Ochoziam admonuit, dum ait insidias ab hoste fuisse paratas. Jehu verò cum sentiret regem meditari fugam, ne ereptus alicubi se confirmaret, et plus sibi deinceps exhiberet negotii, noluit sibi præsentem occasionem excidere, atque ideò quam potuit maximè curvavit arcum, sagittamque adeo

secundo destinavit eventum, ut corde trajecto exanimem in suo curru dejecerit. Accidit autem commode ut eo in loco caderet Joram, ubi Naboth iniquo iudicio Jezabelis operâ ceciderat, ut adimpleretur quod predictum fuerat ab Eliâ regi Achab, eo loco fundendum esse sanguinem domus illius, in quo effusus ante fuerat Naboth. Cujus vaticinii testis fuerat Jehu, qui tunc erat simul cum Achab, quando ab Eliâ minaces illas voces accepit. Quas item acceperat Badaer, cui id negotii dedit Jehu, ut in agrum illum projiceret regium cadaver. (1)

VERS. 26. — SI NON PRO SANGUINE NABOTH, ET PRO SANGUINE FILIORUM EJUS, etc. Hæc verba dicit Jehu se audisse, neque tamen illa nos habemus lib. 3 Reg. cap. 20, vers. 20, ubi de illis actum oportuit. Tantum enim habemus vers. 19: *In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* Hæc de Achab. De Jezabele autem, vers. 15: *Canes comedent Jezabel in agro Jezrahel.* De aliis tantum habemus, domum Achab deletum iri funditus. Hic ego notius reor reverè dixisse prophetam, quod se audisse ab illo nunc affirmat Jehu, et à sacro historico monumentis sacris non esse mandatum. Quod sæpè factum est: ignorarem enim plurima quæ gesta sunt, et in historiâ suo loco et ordine præmissa, nisi multis post annis jamjam mortuus Josue in Hebræorum memoriam revocasset? Quam multa ignorarem eorum quæ in Ægypto contigerunt, dum servitutis jugum ab Ægypto dominatu excuterent Hebræi, nisi illa in lib. Sapient. cap. 16, ad finem usque captis scriptor sacer esset prosecutus! Hoc modo fortassè docuit Jehu, quod reverè audiat ab Eliâ, quod tamen sacer omisit historicus.

Fieri autem potuit ut falsum aliquid dixerit hoc loco Jehu, neque enim ille scriptor est canonicus, et Spiritus sanctus non probat hæc quæ dixit Jehu, sed tantum dicit hæc ab illo fuisse prolata, ejus rei plura adduci possent exempla. Quæ tu vide in nostris Commentariis in lib. 1 Regum, ad illud cap. 4, vers. 8: *Hi*

(1) VERS. 25. — QUANDO EGO ET TU SEDENTES IN CURRU. Invenire videtur Hebræus illos secutos esse binos regium currum equitantes. (Calmet.)

sunt dii, qui percuesserunt Ægyptum omni plaga in deserto.

ET PRO SANGUINE FILIORUM EJUS. Ex hoc loco constat, si modò in eo non erravit Jehu, filios quoque ipsius fuisse sublato, quod fortassè eo consilio fecit Jezabel, ne post esset ullus, qui paternam repeteret hæreditatem, aut paternam ulcisceretur injuriam. Nisi mavis ideò dici occisos filios Naboth, quia sublato patre, sublato quoque videri possunt, qui ab illo si viveret, propagari potuerunt. Quemadmodum qui stirpem arboris elisit, aut effodit, ille arboris ramos et fructus succidisse censetur. Quo modo Chaldaeus exposuit illud Genes. 4, vers. 10: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terrâ.* Sic enim vertit: *Vox sanguinis generationum, quæ futura erant succedere de fratre tuo, clamant coram me de terrâ.*

VERS. 27. — OCHOZIAS AUTEM REX JUDA VIDENS HOC, FUGIT PER VIAM DOMUS HORTI. Nil jam putabat à periculo tutum Ochozias, cum in regem suum tam videret hostiliter invectos esse familiares et domesticos; neque se videret ab illis peccatis esse liberum, propter quæ actum esse videbat de rege Israel, et ab illius stirpe profectum, contra quam tam dirum fulmen Elias intorserat. Hortus porrò ille, per quem fugam intendi Ochozias, ille videtur esse, cui prius Achab, ut hortum dilataret, quem regie domui habebat adjunctum, vineam addiderat Naboth. Quo loco fuerit ascensus Gaver, ubi percussus dicitur Ochozias, incertum mihi est; illud certum, pervenisse Ochoziam in civitatem Samariæ, et inde abductum, alicubi occisum à Jehu. Quod aperte dicitur lib. Paral. 2, cap. 22, vers. 9: *Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samariâ, adductumque ad se occidit.*

Illud præterea additur, sepultum esse Ochoziam, eò quod esset filius Josaphat, id est, ex ejus stirpe: nam reverè nepos fuit, non filius; tantum enim honoris existimabant Israelitæ debere optimo principi Josaphat, ut ejus gratiâ ignoscendum putaverint nepoti. Unde inferre aliquis posset regem Israel Joram mansisse insepultum, et nactum esse non aliam quam asini sepulturam. Quando ea adducta causa, quòd Ochozias tumulatus fuerit, quia parentem habuit optimum, qualem non habuit Joram. Verius tamen puto sepultum quoque fuisse Joram, quia gravem illum ignominiam Scriptura sacra non tacuisset, neque illum alius minatus est Elias, præter Achab et Jezabel: Illius enim sanguinem lambendum esse dixit à

canibus, hanc à canibus devorandam. Et qui tumulari jussit Jezabelem infra, vers. 34, non sineret Joram dominum quondam suum insuppultum manere; ita multis probat Abulensis quæst. 19. Illud etiam hic observandum, sub illud tempus, in quo extinctus fuit Ochozias, nullam fuisse spem, quòd de Ochozias stirpe quisquam regnare posset; sic enim 2 Paralip. cap. 22, vers. 9: *Nec erat ultra spes aliqua, ut de stirpe quis regnaret Ochozias*. Quæ statim expendimus, ubi ventum fuerit ad cap. 11. Tota verò Ochozias calamitas ex matre Athalia orta est, et ex consiliariis, quos ipsi adhibuit avus Achab, cujus sensus everterat impia Jezabelem. De Athalia habes 2 Paralip. 22, vers. 5: *Mater ejus (nempe Athalia) impulit eum ut impiè ageret*. De consiliariis vers. 4: *Ipsi enim (nempe qui erant de domo Achab) fuerunt ei consilarii post mortem patris sui in interitum ejus*.

VERS. 29. — ANNO UNDECIMO JORAM FILII ACHAB REGNAVIT OCHOZIAS. Cap. præcedenti, vers. 8, legitur anno duodecimo Joram iniisse regnum Ochoziam. Quòd autem hic regni exordio annus assignatur undecimus, ex Hebræorum consuetudine natum est, qui aliquando imperfectum annum pro integro atque perfecto numerant, interdum omittunt. Ex quâ consuetudine id habemus, in anno duodecimo dimidiato regni Joram excessisse parentem Ochozias, et Ochoziam ipsum regnare coepisse, qui numerari potuit, vel omitti.

VERS. 30. — PORRÒ JEZABEL, INTROITU EJUS AUDITO, DEPRESIT OCULOS SUOS STIBIO, ET ORNAVIT CAPUT SUUM, ET RESPEXIT PER FENESTRAM (1).

(1) Qui pourra n'être point effrayé de cette stupidité et de cette insensibilité étonnante, qu'une impiété consommée put produire dans l'âme endurcie de cette reine, qui, se voyant tout près d'aller comparaître devant Dieu avec une conscience chargée de toutes les impiétés d'Israël, et du meurtre de tant de prophètes, pensait seulement à sauver les apparences aux yeux des hommes, sans se mettre en peine d'apaiser son juge, et d'implorer sa miséricorde? On ne peut point sans horreur penser à ce traitement que lui fit Jehu, en ordonnant qu'elle fût jetée par la fenêtre, et en la faisant fouler aux pieds des chevaux. Mais l'impunité avec laquelle elle avait si hautement foulé elle-même sous ses pieds la religion, la justice et l'innocence, doit causer en qui jougent des choses par la lumière de la foi, savaient ce que lui parait le plus horrible aux sens de l'homme, n'est qu'une très-faible image de ce qui l'est infiniment davantage aux yeux de Dieu; et qu'ainsi nulle indignité que puisse souffrir la créature, quel'outrageant qu'elle lui paraisse, ne peut jamais approcher

Mirum hoc est, et planè gentiliæ et barbari ingenii, tunc lætum et elegantem cultum assumere, quando sordes assumi debuere funereæ, et lacrymis oculi, et unguibus deformari genæ. Abulens. quæst. 28, duas adducit causas, quæ movèrè Jezabelem, ut faciem ad pulchritudinem, et caput ad dignitatem componeret: altera est ut Jehu novi regis, quem stillantem filii recenti sanguine videbat, gladium à suo jugulo depelleret; timebat enim ne quod proxime filio, id sibi etiam ab hoste contingeret. Solet enim pulchritudo sævitiam temperare quantumvis inflammata. Quis enim nisi humanitatem prius exuisset, faciem alterius pulchram, aut contristare voluit, aut deformare, nisi invitus? Dixit enim optimè Socrates, pulchritudinem tutelam esse feminarum; et Carneades ἀδουροφύρον βασιλίσσας vocavit pulchritudinem, ac si diceret: Regnum sine satellitio, quia satis habet sibi præsidii contra hostilem vim atque furorem formæ venustas. Notum est illud quod de meretrice Phryne Pausanias tradit lib. 1 in Atticis, et Plutarchus in vitâ Hyperidis, quæ cum in judicio Atheniensis foret accusata, neque propter sceleris turpitudinem speraret se laturam impunitam scelus, quod gravissimè oratoris oratione obtinere non poterat, id sibi pulchritudine tandem obtinuit. Eo fortasse consilio Jezabel ad pulchritudinem fucos se et ornamento composuit, ut eo lenocinio à suo jugulo hostile ferrum averteret, et oculos caperet adversarii, ut si minùs uxor, at certè concubina illius thalami consors haberetur. Ita Abulens. Sed sanè malè, cum hoc consilio conjungas, quòd gravia in Jehu eodem tempore maledicta congescit, dum illum appellat Zambri, quod nomen, ut dicemus statim, odiosum erat in Israël. Alii, ut refert Lyra, in illo nomine nullum putant esse convicium, imò potiùs aliquid esse dicunt amatorum et mollius, quasi factum excusetur Jehu, et ab illo existimetur abesse scelus. Sed modus ille neque ad rem est, neque ad textum, atque ideò illum prudens omittit.

Rationem aliam adducit Abulens, minùs improbabilem mihi, tametsi illi magis placeat superior. Alii enim Jezabelem eo ornamento

de celle par laquelle cette même créature ose s'élever outrageusement et insolentement contre son Dieu et son Créateur. C'est ce qu'il est nécessaire de bien peser, pour être touché plus vivement de tous les péchés qui attaquent la majesté infinie de Dieu, que de tous les châtimens qui sont destinés de Dieu pour punir ces mêmes péchés dans les hommes. (Sacy.)

ostendere voluisse in muliebri pectore spiritus se habere viriles, neque abjecisse animos, etiamsi filium videret occisum, et victorem hostem exultantem intra mœnia, neque sibi desse aut animum, aut vires, quas opponeret, quod in optimis ducibus commendant historiæ, quæ magni animi atque prudentiæ esse statuunt adversam tolerare fortunam, neque rebus cadentibus quemquam animo cadere. Itaque post multa secula in honore sunt quidam, quorum Valerius Maximus meminit lib. 5, cap. 10, qui filiorum mortem sic tolerant patienter, ut nullam morientis animi significationem ediderint. Quod fortasse præ se ferre voluit ambitiosa illa et superbissima femina. Hæc mihi ratio omnium videtur accommodata maxime.

Aliam rationem ego cogitabam, quam hic proponere non gravabor, ut de illa lector, ut volet, statuât. Moris fuit apud aliquos populos gentiles, ut nascentes exciperent cum fletu, quasi illos calamitates manerent ingentes et assidue; morientibus jucundè et festivè dimitterent, quasi jam à multiplici calamitate exolutos, et quos melior exceperet conditio: in his numerantur Thraces, Cassii, Causiani. Vidè Alexandrinum Neapolitanum lib. 2, cap. 25. Sanè id esse pluribus gentilibus commune, dixit Egessippus lib. 5, cap. 55: « Nonnullis gentilibus, inquit, mos est ut ortus hominum fletibus, occasus gaudiis prosequantur: quòd illos ad ærumnas generatos doleant, et hos ad beatitudinem rediisse gratulentur. » Idem Macrobius in Somnio Scipionis. Quis scit an hæc apud Sardonios consuetudo fuerit, quorum mores in filii funere servare voluit Jezabel?

De stibio Plinius lib. 35, c. 6, ubi principalem virtutem esse dicit circa oculos: « Ideò, inquit, plerique platyophthalmion id appellavere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatât oculos, et fluxiones inhibet oculorum. » Esse autem hoc in usu apud Hebræas feminas, et in vicinis etiam regionibus, indicat Jeremias cap. 4, vers. 30; et Ezechiel cap. 23, v. 40, ubi cum loqueretur de Jerusalem, quasi de meretrice, hoc genus illi attribuit medicamenti. Hoc communiter ab aliis dicitur Antimonium, Hispanus à voce *chahal*, quæ dicitur à Rabbini, vocant *Alcohol*. Hoc Hieronymus epist. ad Furiam tomo 1, inter meretricia blandimenta, seu lenocinia commemorat. Sic enim ibi de Magdalenâ post liberioris vitæ mutationem: « Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fu-

« liginatos. » Quod medicamenti genus ustatum esse prioribus seculis, probat illius frequens à Patribus, imò à profanis reprehensio. Cyprianus de Opere et Eleemosynis, ad medium: « Inunge oculos tuos non stibio diaboli, sed collyrio Christi. » Hoc reprehendit quasi muliebri et molle Juvenalis satyrâ 2.

VERS. 31. — NUMQUID PAX POTEST ESSE ZAMBRI? Hæc verba plena sunt offensiois, quæque perfidiam objiciunt servo contra dominum. Nota est historia Zambri, ex lib. 3 Reg. cap. 16, v. 10, quomodò regem suum et dominum Ela temulentum occidit, et illius regnum occupavit. Et quia res fuit nota in Israël, et ab omnibus communiter improbata, existimo nomen Zambri abisse in proverbium, et sumptum esse pro eo qui infidelis in illum fuit, quem tueri atque observare debuisset. Quo modo Judæ nomen pessimè nunc audit apud Christianos, quia Christum prodidit, et ejus vitam tenni pretio illis vendidit, qui illum ad mortem et crucem expetebant.

VERS. 32. — QUES EST ISTA? Hebr. *mi ithi mi*, quis mecum? ac si diceret: Equis est mecum, qui talia objici regi patitur ab hæc veneficâ et pestilentia femina? Ita quidam exponunt. Ego sic video explicare posse accommodatè ad nostram translationem, *quæ me? quæ? id est, quæ est ista femina, quæ me tam alloquentur impudenter et libere?* Quod neque enim re grammaticâ pugnat; nam *מי* etiam generi convenit feminino, et *אני* articulus est, qui quartum designat casum. Ubi comperit esse Jezabelem, neque enim res erat obscura, jussit eunuchis, qui illi aderant, aut qui cum reginâ erant in fenestrâ, et hoc potius, ut illam præcipitent à fenestrâ. Quod illi fecerunt statim, eo impetu ut Jezabelis sanguine parietes respercerint, quæ deinde ab equis conculcata mortem oppetit miserabilem. Cùmque impium illud cadaver, quia à regio sanguine prognatum, honestare vellet sepulchrâ, vix aliquod reliquum inventum est ex illo, quod sepulchrâ mandari poterit. Sic enim juxta prophetæ verba, laceratum est à canibus, ut præter calvariam, et summos pedes, ac manus, nihil superesset è regio cadaveris. Id verò quod ex canum lanientium juxta novi regis imperium, aliquot fortassè diebus, ex quo præcepssè fenestrâ lapsa est et à canibus lacerata, ita ut aliquandiu in agro ignominiosè jacuerit, et prætereventibus occasionem dederit, ut admirabundi clamârint: *Hæcine est*

illa Jezabel? Neque incommodat, quod supra, vers. 10, dicitur de Jezabele: *Nec erit, qui sepetiat eam*, quia ex usu Scripturæ, sicut eum ex magno numero, pauci fecerunt aliquid, omnes absolutè fecisse negantur: sic etiam cum ex toto cadavere exigua pars tumulata fuerit, totum cadaver dicitur insepultum. Sed verisimilius est partes illas nunquam fuisse sepulturæ mandatas, tum quia sic prædixerat propheta supra, versiculo decimo, tum quia cum audivit Jehu ex toto cadavere exiguum partem esse relictam, recordatus est quod dixerit Elias audiente se, regi Achab: *Et erant carnes Jezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrahel, ita ut prætereuntes dicant: Hæcine est illa Jezabel?* quod sanè non facerent, nisi semesa ossa prætereuntem oculis apparerent.

VERS. 37. — HÆCCINE EST ILLA JEZABEL? VOX, illa, magnum habet pondus; continet enim superiorem statum et gloriam Jezabelis, quam cum sordidissimâ atque miserimâ fortunâ componit. Quasi dicat: Hæccine est illa superbissima, crudelissima, tam studiosa pulchritudinis, quam modò pietas stibio oculis, et capite mitrâ redimito videhamus, quæ suo regem regnumque moderabatur arbitrato, etc.? En quò redacta illa pulchritudo à naturâ concessa, et quotidianis aucta lenociniis, in regii fastus, en terror honorum, etc. Illud ad EXCAPUT X.

4. Erant autem Achab septuaginta filii in Samariâ. Scripsit ergo Jehu litteras, et misit in Samariam ad optimates civitatis et ad majores natu et ad nutritios Achab, dicens:

2. Statim ut acceperitis litteras has, qui habetis filios domini vestri, et currus, et equos, et civitates firmas, et arma,

3. Eligite meliorem, et eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri, et eum ponite super solum patris sui, et pugnet pro domo domini vestri.

4. Timuerunt illi vehementer, et dixerunt: Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo; et quomodò nos valebimus resistere?

5. Miserunt ergo præpositi domus, et præfecti civitatis, et majores natu, et nutritii ad Jehu, dicentes: Servi tui sumus; quaecumque jusseris faciemus, nec constituemus nobis regem; quæ-

trem addo, Judeos antiquos, qui ex Hebræo in Hispanicam linguam Biblia transtulerunt, pro Jezabele, convertisse Isabel. Fortassè bene: licet enim Jezabel nomen sit Sidonium, fieri tamen solet, ut nomen maximè proprium nationibus multis et linguis commune sit.

Chrysostomus, homiliâ vigesimâ quintâ in Epistolam ad Romanos, Jezabelis exemplo docet gravius illos esse puniendos, qui aliis, ut peccarent, faces addiderunt. Cum enim multa contra scandalum graveret suo more dixisset, in expositione morali dixit: « Non propriorum tantummodò malorum rationem dabimus, sed et eorum, quibus aliis scandalum præbemus. Quòd si etiam per se ipsas graves sunt nostrorum delictorum penas, ubi et istæ accedent, quando salvabimur? Non enim putamus nos excusationem habituros, si quando delictorum socios invenierimus: nam istud supplicium magis augebit, quandoquidem et serpens magis punitus est quam mulier, quemadmodum et mulier plus quam vir, et Jezabel majores penas dedit quam Achab vineæ raptor; ipsa quippe universum istud negotium texerat, regique lapsus occasionem dederat. Igitur et tu quoque, si reliquis perditionis causa fueris, graviora patieris quam qui per te subversi sunt. » Vide reliqua.

CHAPITRE X

1. Achab avait soixante-dix fils dans Samarie. Et Jehu écrivit des lettres qu'il envoya aux principaux de Samarie, aux anciens et à ceux qui nourrissaient les enfants d'Achab, disant:

2. Aussitôt que vous aurez reçu ces lettres, vous qui avez entre vos mains les enfants de votre maître, des chariots, des chevaux, des villes fortes et des armes,

3. Choisissez, si vous l'osez, le plus considérable d'entre les fils de votre maître, et celui qui vous plaira davantage, et établissez-le sur le trône de son père, et combattez pour la maison de votre seigneur.

4. Ceux-ci eurent une grande peur, et dirent: Deux rois n'ont pu se soutenir contre lui; et comment donc pourrions-nous lui résister?

5. Les maîtres du palais du roi, les principaux officiers de la ville, les anciens, et ceux qui nourrissaient les princes, envoyèrent donc dire à Jehu: Nous sommes vos serviteurs;

quem tibi placent, fac.

6. Rescripsit autem eis litteras secundò, dicens: Si mei estis et obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, et venite ad me hæc eadem horâ cras in Jezrahel. Porrò filii regis, septuaginta viri, apud optimates civitatis nutriebantur.

7. Cumque venissent litteræ ad eos, tulerunt filios regis, et occiderunt septuaginta viros, et posuerunt capita eorum in cophinis, et miserunt ad eum in Jezrahel.

8. Venit autem nuntius, et indicavit ei, dicens: Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit: Ponite ea ad duos acervos juxta introitum portæ usque mane.

9. Cumque diluxisset, egressus est, et stans dixit ad omnem populum: Justi estis; si ego conjuravi contra dominum meum, et interfeci eum, quis percussit omnes hos?

10. Videte ergo nunc quoniam non occidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, et Dominus fecit quod locutus est in manu servi sui Eliæ.

11. Percussit igitur Jehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Jezrahel, et universos optimates ejus, et notos, et sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquæ.

12. Et surrexit, et venit in Samariam. Cumque venisset ad cameram pastorum in viâ,

13. Invenit fratres Ochoziæ regis Juda, dixitque ad eos: Quinam estis vos? Qui responderunt: Fratres Ochoziæ sumus, et descendimus ad salutandos filios regis et filios reginæ.

14. Qui ait: Comprehendite eos vivos. Quos cum comprehendissent vivos, juglaverunt eos in cisternâ juxta cameram, quadraginta duos viros, et non reliquit ex eis quemquam.

15. Cumque abiisset inde, invenit Jonadab filium Rechab in occursum sibi, et benedixit ei. Et ait ad eum: Numquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? Et ait Jonadab: Est. Si est, inquit, da manum tuam. Qui dedit ei

nous ferons tout ce que vous nous commandez. Nous ne nous choisissons point de roi; mais faites tout ce qu'il vous plaira.

6. Il leur écrivit une seconde fois, et leur manda: Si vous êtes à moi, et que vous voulez m'obéir, coupez la tête aux fils de votre roi, et venez me les apporter demain, à cette même heure, à Jezrahel. Or les fils du roi, au nombre de soixante-dix, étaient nourris chez les principaux de la ville de Samarie.

7. Lorsque ceux-ci eurent reçu les lettres de Jehu, ils prirent les soixante-dix fils du roi, et les tuèrent; ils mirent leurs têtes dans des corbeilles, et les envoyèrent à Jezrahel.

8. On vint donc annoncer cette nouvelle à Jehu, et ses gens lui dirent: Ils ont apporté les têtes des enfants du roi. Sur quoi il leur dit: Mettez-les en deux tas à l'entrée de la porte de la ville, jusqu'à demain matin.

9. Le lendemain il sortit au point du jour, et, s'arrêtant en présence de tout le peuple, il leur dit: Vous êtes justes; si j'ai conjuré contre mon seigneur, et si je l'ai tué, qui est celui qui a tué tous ceux-ci?

10. Considérez qu'il n'est tombé à terre aucune des paroles que le Seigneur avait prononcées contre la maison d'Achab, et que le Seigneur a accompli tout ce qu'il avait prédit par son serviteur Elié contre cette famille impie.

11. Jehu fit mourir ensuite tout ce qui restait de la maison d'Achab dans Jezrahel, tous les grands de sa cour, ses amis et les prêtres qui étaient à lui, sans qu'il restât rien de ce qui avait eu quelque liaison à sa personne.

12. Après cela il vint à Samarie. Et lorsqu'il était en chemin, près d'une cabane de pasteurs,

13. Il trouva les frères d'Ochozias, roi de Juda, et leur dit: Qui êtes-vous? Ils lui répondirent: Nous sommes les frères d'Ochozias. Nous étions venus ici pour sauver les fils du roi et les fils de la reine.

14. Et Jehu dit: Prenez-les vifs. Et, les ayant pris ainsi, ils les menèrent à une caverne pres de cette cabane, où ils les égorgèrent, sans en épargner un seul de quarante-deux qu'ils étaient.

15. Etant parti de là, il trouva Jonadab, fils de Rechab, qui venait au-devant de lui; et il le salua, et lui dit: Avez-vous le cœur droit à mon égard, comme le mien l'est à l'égard du vôtre? Oui, lui répondit Jonadab. S'il est ainsi, dit Jehu, donnez-moi la main. Jonadab